



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XVI. De mancipiis Iudeorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

in quibus Christiani habitare deberent, occupant,  
iuxta quantitatem damni quod ei ex hoc inferunt,  
ad arbitrium dicecesani loci, omnes prouentus quo  
ex Christianis, si ibidem manerent, sacerdos per  
ciperet, refundere compellantur. Decimas etiam  
prædiales cum omni integritate persoluant.

X VI.

Prohibemus insuper ne stubas & balnea seu ta  
bernas Christianorum frequentent, seu intrare  
præsumant, nec seruos, vel ancillas, aut nutrices,  
seu quæque Christiana mancipia die noctiue in  
domibus suis retinere præsumant, nec ad recipien  
dum telonium seu ad alia publica officia aliquate  
nus assumentur.

X VII.

Si quis vero Iudæus cum aliqua Christiana for  
nicationis vitium deprehensus fuerit commississe,  
quoadusque decem marcas argenti ad minus pro  
emendatione soluerit, distrito carceri mancipe  
tur: & mulier Christiana, quæ tam damnatum coi  
tum elegerit, per ciuitatem fustigata, de ipsa ciu  
itate sine spe redeundi penitus expellatur.

X VIII.

Item omnibus Christianis istius prouinciæ &  
ciuitatis & dicecesis Pragensis sub poena excommu  
nicationis districtius inhibemus, ne Iudæos vel Iu  
dæas secum ad coniuandum recipient, vel cum  
eis bibere vel manducare audeant, aut etiam cum  
ipsis in suis nuptiis, vel neomeniis, vel ludis saltare  
vel tripudiare præsumant; nec Christiani carnes  
venales, seu alia cibaria a Iudæis emant, ne forte